

THESIS XIII.

*Viduae post maritorum mortem expectare ad minimum diebus nonaginta debebant, antequam aliis maritis nubarent.*

§. 1.

Sive vidua expulsa a marito esset, vel facta vidua, sive illa expulsio vel ille viduatus contigissent cum esset desponsata, sive cum esset ducta, licet ad pariendum esset in idonea, ut vel nimis juvenecula, vel anus esset, vel abortum crebrum pareretur, vel sterilitatis nomine male audiret, tamen ad minimum 90. diebus a morte mariti expectabat, donec ad secunda vota progrediretur. *Vid. Maj. in libro de expulsionibus feminarum c. II. §. 20.*

§. 2.

Hæc in primis propterea attendebantur, ne femina ex priori marito gravida duceretur. Illud autem vocabatur foetus, quod ante dies 40. post conceptum